

33. & statuer oves quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris.

34. Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.

\* Isa. 58. 35. \* esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me:

Ezech. 18. 7. & 16. \* Eccl. 7. 36. nudus, & cooperauistis me: \* infir-  
mus, & visitastis me: in carcere eram,  
39. & venistis ad me.

37. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quandò te vidimus esuri-  
tem, & pavimus te: sitiéntem, & dédi-  
mus tibi potum?

38. quandò autem te vidimus hospitem,  
& collégimus te: aut nudum, & coope-  
ravimus te?

39. aut quandò te vidimus infirmum:  
aut in carcere, & vénimus ad te?

40. Et respondens rex, dicit illis: Amen  
dico vobis, quādiū fecistis uni ex his  
fratribus meis minimis, mihi fecistis.

41. Tunc dicet & his, qui à sinistris  
erunt: \* Discédite à me maledicti in  
ignem æternum, qui paratus est diabolo,

Luc. 13. & angelis eius.

42. esurivi enim, & non dedistis mihi  
manducare: sitivi, & non dedistis mihi  
potum:

43. hospes eram, & non collegistis me:  
nudus, & non cooperauistis me: infirmus,  
& in carcere, & non visitastis me.

44. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes:  
Domine, quandò te vidimus esu-  
riéntem, aut sitiéntem, aut hospitem, aut  
nudum, aut infirmum, aut in carcere, &  
non ministravimus tibi?

45. Tunc respondet illis dicens: Amen  
dico vobis: Quādiū non fecistis uni de  
minoribus his, nec mihi fecistis.

\* Dan. 12. 46. \* Et ibunt hi in supplicium æter-  
num: iusti autem in vitam æternam.

29. Ioann. 5.

## C A P U T X X V I.

Christus prædictit passionem suam post bidden futuram. Iudeorum adversus eum  
conspiratio. Unguenti pretiosi effusio. Prodigio Iude. Cæna Paschalis. Eucha-  
ristia institutio. Oratio Christi in horto. Discipuloru fugia. Dúcitur Iesus ad Cáipham. Petrus negat; sed cum mox penitet.

1. **E**t factum est: cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis:

2. \* ‡ Scitis quia post bidden Pascha  
fiet, & Filius hominis tradetur ut cruci-  
figatur.

3. Tunc congregati sunt principes sacer-  
dötum, & seniores populi in atrium prin-  
cipis sacerdötum, qui dicebatur Cáiphas:

4. & consilium fecerunt ut Iesum dolo-  
tenérant, & occiderent.

5. Dicébant autem: Non in die festo,  
né fortè tumultus fieret in populo.

6. \* Cùm autem Iesus esset in Bethánia  
in domo Simónis leprosi,

7. accésit ad eum mulier habens ala-  
bástrum unguenti pretiosi, & effudit su-  
per caput ipsius recumbéntis.

8. Vidéntes autem discípuli, indignati  
sunt dicentes: Ut quid perditio hæc?

9. pótuit enim istud vñndari multo,  
& dari pauperibus.

10. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid  
moléstii estis huic mulieri? opus enim bo-  
num operata est in me.

11. nam semper páuperes habéti vo-  
biscum: me autem non semper habéti.

12. Mittens enim hæc unguéntum hoc  
in corpus meum: ad sepeliéndum me fecit.

13. Amen dico vobis, ubi cùmque præ-  
dicatum fuerit hoc Evangélium in toto  
mundo, dicétur & quod hæc fecit in me-

moriā eius.

14. \* Tunc ábiit unus de duodecim,  
qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad prin-  
cipes sacerdötum:

15. & ait illis: Quid vultis mihi dare,  
& ego vobis eum tradam? At illi consti-  
tuérunt ei triginta argenteos.

16. Et exinde quærébat opportunita-  
tem ut eum tráderet.

17. \* Primâ autem die Azymorum ac-  
cesserunt discípuli ad Iesum, dicentes:

Ubi vis parémus tibi comédere Pascha?

18. At Iesus dixit: Ite in civitatem ad  
quemdam, & dícite ei: Magíster dicit:  
Tempus meum propè est, apud te facio  
Pascha cum discípulis meis.

19. Et fecerunt discípuli sicut consti-  
tuit illis Iesus, & paravérunt Pascha.

20. \* Vespere autem facto, discumbé-  
bat cum duodecim discípulis suis.

21. Et edéntibus illis, dixit: Amen  
dico vobis, \* quia unus vestrum me tra-  
diturus est.

22. Et contrastati valde, cœperunt sín-  
guli dicere: Numquid ego sum Domine?

23. At ipse respondens, ait: Qui in-  
tingit mecum manum in parópside, hic  
me tradet.

24. Fí-

\* Marc. 14. 1. Lue. 22. 1. ‡ PASSIO  
DOMIN. PAL M.

Quartum, & ultí-  
mum Pas-  
cha mi-  
nistérij  
Christi.

Anno M.  
Aera vulg.  
33. ætatis  
Christi 37.  
Per. Iul.  
4746. ur-  
bis cond.  
784. an.  
Iul. 78.  
imp. Ti-  
ber. 19.

\* I. Cor.  
11. 24.

24. Filius quidem hominis vadit, \* si-  
cut scriptum est de illo: vñ autem ho-  
mini illi, per quem Filius hominis tradé-  
tur: bonum erat ei, si natus non fuisset  
homo ille.

25. Respóndens autem Iudas, qui trá-  
didit eum, dixit: Numquid ego sum  
Rabbi? Ait illi: Tu dixisti.

26. \* Cœnáribus autem eis, accépit  
Iesus panem, & benedixit, ac fregit, de-  
dítque discípulis suis, & ait: Accipite, &  
comédite: hoc est corpus meum.

27. Et accípiens cálizem grárias egit:  
& dedit illis, dicens: Bibite ex hoc  
omnes.

28. Hic est enim sanguis meus novi te-  
staménti, qui pro multis effundétur in re-  
missionem peccatórum.

29. Dico autem vobis: non bibam ámo-  
dò de hoc genímine vitis usque in diem  
illum, cùm illud bibam vobiscum novum  
in regno Patris mei.

30. Et hymno dicto, exiérunt in Mon-  
tem oliveti.

\* Marc. 14. 27. Iohann. 16. 32. \* Zach. 13. 7. \* Marc. 14. 28. & 16.

31. Tunc dicit illis Iesus: \* Omnes vos  
scandalum patiémini in me, in ista nocte.

Scriptum est enim: \* Percútiám paſtō-  
rem, & dispergérunt oves gregis.

32. \* Postquam autem resurréxero, præ-  
cédam vos in Galilæam.

33. Respóndens autem Petrus, ait illi:  
Et si omnes scandalizátor fúerint in te, ego  
numquam scandalizábor.

\* Marc. 14. 30. Iohann. 13. 38. \* Marc. 14. 32. Lue. 22. 33.

34. Ait illi Iesus: \* Amen dico tibi,  
quia in hac nocte antequā galus cantet,  
tēr me negábit.

35. Ait illi Petrus: \* Etiam si oportuerit  
me mori tecum, non te negábo. Similitè  
& omnes discípuli dixerunt.

36. Tunc venit Iesus cum illis in villam,  
qua dicitur Gethsémani, & dixit discí-  
pulis suis: Sedéte hīc dónec vadam illuc,  
& orem.

37. Et assúmpto Petro, & duobus fi-  
liis Zebedæi, cœpit contrastari & mœ-  
stus esse.

38. Tunc ait illis: Tristis est áнима  
mea usque ad mortem: sustinete hīc, &  
vigiláte mecum.

39. Et progréssus pusillūm, pròcidit in  
faciem suam, orans, & dicens: Pater mi,  
si possibile est, tránsferat à me calix iste.  
verúmtamen non sicut ego volo, sed  
sicut tu.

40. Et venit ad discípulos suos, &  
invénit eos dormientes, & dicit Petro: Sic  
non potuistis unā horā vigilare mecum?

\* Psal. 40. 24. Filius quidem hominis vadit, \* si-  
cut scriptum est de illo: vñ autem ho-  
mini illi, per quem Filius hominis tradé-  
tur: bonum erat ei, si natus non fuisset  
homo ille.

25. Respóndens autem Iudas, qui trá-  
didit eum, dixit: Numquid ego sum  
Rabbi? Ait illi: Tu dixisti.

26. \* Cœnáribus autem eis, accépit  
Iesus panem, & benedixit, ac fregit, de-  
dítque discípulis suis, & ait: Accipite, &  
comédite: hoc est corpus meum.

27. Et accípiens cálizem grárias egit:  
& dedit illis, dicens: Bibite ex hoc  
omnes.

28. Hic est enim sanguis meus novi te-  
staménti, qui pro multis effundétur in re-  
missionem peccatórum.

29. Dico autem vobis: non bibam ámo-  
dò de hoc genímine vitis usque in diem  
illum, cùm illud bibam vobiscum novum  
in regno Patris mei.

30. Et hymno dicto, exiérunt in Mon-  
tem oliveti.

\* Marc. 14. 31. Tunc dicit illis Iesus: \* Omnes vos  
scandalum patiémini in me, in ista nocte.

Scriptum est enim: \* Percútiám paſtō-  
rem, & dispergérunt oves gregis.

32. \* Postquam autem resurréxero, præ-  
cédam vos in Galilæam.

33. Respóndens autem Petrus, ait illi:  
Et si omnes scandalizátor fúerint in te, ego  
numquam scandalizábor.

\* Marc. 14. 34. Ait illi Iesus: \* Amen dico tibi,  
quia in hac nocte antequā galus cantet,  
tēr me negábit.

35. Ait illi Petrus: \* Etiam si oportuerit  
me mori tecum, non te negábo. Similitè  
& omnes discípuli dixerunt.

36. Tunc venit Iesus cum illis in villam,  
qua dicitur Gethsémani, & dixit discí-  
pulis suis: Sedéte hīc dónec vadam illuc,  
& orem.

37. Et assúmpto Petro, & duobus fi-  
liis Zebedæi, cœpit contrastari & mœ-  
stus esse.

38. Tunc ait illis: Tristis est áнима  
mea usque ad mortem: sustinete hīc, &  
vigiláte mecum.

39. Et progréssus pusillūm, pròcidit in  
faciem suam, orans, & dicens: Pater mi,  
si possibile est, tránsferat à me calix iste.  
verúmtamen non sicut ego volo, sed  
sicut tu.

40. Et venit ad discípulos suos, &  
invénit eos dormientes, & dicit Petro: Sic  
non potuistis unā horā vigilare mecum?

41. Vigiláte, & oráte ut non intrétes in  
tentationem. Spíritus quidem promptus  
est, caro autem infirma.

42. Iterùm secundò ábiit, & orávit,  
dicens: Pater mi, si non potest hic calix  
transire nisi bibam illum, fiat voluntas  
tua.

43. Et venit iterùm, & invénit eos dor-  
miéntes: erant enim óculi eórum gra-  
vati.

44. Et relíctis illis, iterùm ábiit, &  
orávit tertio, eúndem sermōnem dicens.

45. Tunc venit ad discípulos suos, &  
dicit illis: Dormite iam, & requíescite:  
ecce appropinquávit hora, & Filius ho-  
minis tradetur in manus peccatórum.

46. Súrgite cámus: ecce appropinquávit  
qui me tradet.

47. \* Adhuc eo loquénte, ecce Iudas  
unus de duodecim venit, & cum eo turba  
multa cum gládiis, & fústibus, misi à  
principib[us] sacerdötum, & seniöribus p[re]p[ar]ul[is].

48. Qui autem trádidit eum, deit illis  
signum, dicens: Quemcúmque osculátus  
fuerit, ipse est, tenete eum.

49. Et confestim accéderunt ad Iesum, di-  
xit: Ave Rabbi. Et osculátus est eum.

50. Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid  
venisti? Tunc accesserunt, & manus in-  
cicerunt in Iesum, & tenuérunt eum.

## CAPUT XXVII.

58. Petrus autem sequebatur eum à longe, usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videter finem.

59. Principes autem sacerdotum, & omne concilium quererant falsum testimoniun contrà Iesum, ut eum morti traducerent:

60. & non invenérunt, cùm multi falsi testes accessissent. Novissimè autem vénérunt duo falsi testes,

\* Ioann. 2. 19. 61. \* & dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.

62. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur?

63. Iesu autem tacébat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Christus filius Dei.

64. Dicit illi Iesu: Tu dixisti. Verum tamè dico vobis, \* amodò videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.

\* Supr. 16. Rom. 14. 10. 1. Thess. 4. 15.

65. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit: quid adhuc egemus testimibus? ecce nunc auditis blasphemiam:

66. quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis.

\* Isa. 50. 6. Marc. 14. 65.

67. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem eius dedérunt,

68. dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?

\* Luc. 22. 55. Ioann. 18. 17. & 25.

69. Petrus verò sedebat foris in atrio: & accedit ad eum una ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras.

70. At ille negavit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicens.

71. Exeunte autem illo ianuam, vident eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazaréno.

72. Et iterum negavit cum iuramento: Quia non novi hominem.

73. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit.

74. Tunc ceperit detestari, & iurare quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit.

75. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat: Prius quam gallus cantet, tibi me negabis. Et egressus foras, flevit amare.

19. Se-

## CAPUT XXVII.

Iudas misericorditer perit. Iesu coram Pilato interficitur. Barabbas ei prefertur. Flagellatur, spinis coronatur, crucem portat; vestimenta eius divisa: crucifigitur cum latronibus.

1. M Anè autem factò, consilium iniérunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi adversus Iesum, ut eum morti traducerent.

2. \* Et vincitum adduxerunt eum, & tradidérunt Pontio Pilato præfidi.

3. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset; poenitentiā ductus, rétulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus,

4. dicens: Peccavi, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris.

5. Et proiectis argenteis in templo, recessit: \* & abiens láqueo se suspéndit.

6. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in cibonam: quia præmium sanguinis est.

7. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulchrum peregrinorum.

8. \* Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.

9. Tunc implètum est quod dictum est per Ieremiam prophétam, dicentem: \* Et accepérunt triginta argenteos præmium appretiati, quem appretiavérunt à filiis Israél:

10. & dedérunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dóminus.

11. Iesu autem stetit ante præsidem, & interrogavit eum præses, dicens: Tu es Rex Iudeorū? Dicit illi Iesu: Tu dicis.

12. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respondit.

13. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia?

14. Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer.

15. Per diem autem solémnem consueverat præses populo dimittere unum vinclum, quem voluissent.

16. habebat autem tunc vincitum insignem, qui dicebatur Barabbas.

17. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbas, an Iesum, qui dicitur Christus?

18. Sciébat enim quod per invidiam tradidissent eum.

19. Sedénte autem illo pro tribunali, misit ad eum uxoris eius, dicens: Nihil tibi, & iusto illi. multa enim passa sum hodiè per visum propter eum.

\* Marc. 15. 20. \* Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populis ut paterent Barabbam, Iesum vero perderent.

21. Respónsens autem præses, ait illi: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam.

22. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus?

23. Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illi præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur.

24. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis.

25. Et respónsens universus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

26. Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum trádidit eis ut crucigeretur.

27. Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorium, \* congregaverunt ad eum universam cohórem:

\* Marc. 15. 16. Psalm. 21. 17. 28. & exuētis eum, chlamydem co-cineam circumdedérunt ei,

\* Ioann. 19. 2. 29. \* & plectentes corónam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudēbant ei, dicentes: Ave Rex Iudeorū.

30. Et expuētis in eum, accepérunt arundinem, & percutiébant caput eius.

31. Et postquam illusserunt ei, exuētis eum chlamyde, & induētis eum vestimentis eius, & duxerunt eum ut crucifigerent.

\* Marc. 15. 32. \* Exeūtis autem invenérunt hominem Cyrenum, nōmīne Simōnem: hunc angariavérunt ut tolleret crucem eius.

\* Marc. 15. 33. \* Et venérunt in locum, qui dicitur Gólgota, quod est Calvária locus.

34. Et dedérunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere.

\* Marc. 15. 35. Postquam autem crucifixérunt eum, \* diviserunt vestimenta eius, sortem mitentes: ut impleretur quod dictum est per prophétam dicentem: \* Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

\* Psal. 21. 36. Et sedentes servábant eum.

37. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: HIC EST IESUS REX IUDAORUM.

38. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus à dextris, & unus à sinistris.

39. Præterea autem blasphemabant eum móventes capita sua,

40. & dicentes: \* Vah qui déstruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salva temetipsum: si filius Dei es, descendé de cruce.

41. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis, & senioribus dicabant:

42. Alios salvos fecit, séipsum non potest salvum facere: \* si rex Israél est, descendat nunc de cruce, & crédimus ei:

43. \* confidit in Deo: liberet nunc, si vult eum: dixit enim: Quia filius Dei sum.

44. Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improberant ei.

45. A sexta autem hora tenebra factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam.

46. Et circā horam nonam clamavit Iesus voce magnâ, dicens: \* Eli, Eli, lamma sabacthāni? hoc est: Deus meus, Deus meus ut quid dereliquisti me?

47. Quidam autem illi stantes, & audiētes, dicabant: Eliam vocat iste.

48. Et continuo currēt unus ex eis acceptam spóngiam implévit aceto, & impoluit arundini, & dabat ei bibere.

49. Ceteri vero dicabant: Sine videamus an véniat Elias liberans eum.

50. Iesu autem iterum clamans voce magnâ, emisit spíritum.

51. \* Et ecce velum templi scissum est \* Par. 3. in duas partes à summo usque deorsum.

& terra mota est, & petra scissa sunt,

52. & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.

53. Et exeūtis de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis.

54. Centúrio autem, & qui cum eo erant, custodiéntes Iesum, viso terramotu & his, quæ flébant, timuerunt valde, dicentes: Verè filius Dei erat iste.

55. Erant autem ibi milites multæ à longe, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei:

56. inter quas erat María Magdaléne, & María Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

PPP 2 57. Cùm